

tur, visu auditu gustu
odoratu et tactu. Hec
90 vita animalis est, car-
nalis est, caro est.

quinqueⁱ sensus in vita mortali habuit Christus et
eorum fungebatur officio^j. Sed nunc in vita sua
penitus immortalis, etsi habeat sensus istos, non
eorum indiget officio, *quod enim vivit, vivit Deo*¹⁴),
quia vivit non humanitus, sed divinitus in divinam
claritatem clarificatis etiam^k sensibus eius^l huma-
nis. Frustra ergo in Christo corpore sensuum car-
95 naliū exploratis evidentiam, que non pertinet nisi
ad temporalem vitam, que mortalis est, carnalis est,
caro est.

Dominus autem dicit *quia caro non prodest quicquam*¹⁵). Si enim Iudei
carnem quam crucifixerunt concidere et devorare sicut carnem agni maluissent
100 aut potuissent integram vivamque absorbere, sicut *cetus maris viventem*
absorbuit *Ionam*¹⁶), nihil illis profuisset, immo maiore^m sacrilegio conscientias
suas polluisent.

R

M O K G

Animalis

Mortalis

igitur vita quia caro est, si in corpore Domini adesset, nihil nobis prodesset,
105 ac propter hocⁿ illam requirere superfluum est^o. Nam quid celestis homo per

R M

O K G

sacrificium

sacramentum

celeste hoc administraret, quod nobis non^p deerat? Non enim prudentie eius
est curiositatem nostram non necessariis pascere miraculis. Querebat hoc curio-
sus *Herodes, quando erat ex multo tempore*^q *cupiens Iesum videre*, quia
110 *sperabat signum aliquod ab eo fieri*^r, quod quia non fecit, *sprevit illum*^s *et*
*remisit indutum veste alba*¹⁷).

Solam ergo vitam spiritualem in

R M

O K G

sacrificio

sacramento

i) quinque] v O

j) officio fungebatur G

k) *fehlt* K

l) eius sensibus K

m) maiori O

n) hoc *fehlt*, ea *nachgetragen* G

o) est *nachgetragen* O

p) non R O K, *fehlt* M G

q) ex multo tempore erat M

r) fieri ab eo M

s) illum] eum G

14) Rom. 6, 10.

15) Ioh. 6, 64.

16) Vgl. Jon. 2, 1–11 mit Mt. 12, 40.

17) Luc. 23, 8 und 11.